

# REGVLAE GENERALES 93

101

Quae in hoc Directorio non semper explicat.  
**De Missa pro praesenti defuncto.**

**C**mnibus diebus quibus duae missae in Con-  
uentu canuntur, si praesens defunctus fue-  
rit, prima dicatur pro eo, solemniter, cum dua-  
bus Collectis, nempe. Inclina, Et: Omnipotēs  
sempiternae Deūs qui viuorum, Collectae ordi-  
nariae quae ad eandem dici debuerant ad secura-  
dam dicantur: Quod si sit talis ut pro praesenti  
defuncto non debeat dimitti tunc tres missae ce-  
lebrentur, ut fit in istis diebus: quando festum  
xii lectionū in Quadragesima priuatis diebus,  
in ferijs Rogationū, Quatuor temporū, In fe-  
rijs 5. 6. et Sabbato octa. Pascha & Penteco-  
stes, In utroq; festo S. Crucis euenerit.

Præterea quando festum vz lect. in quo labo-  
ramus euenerit, in Dominicis à Septuagesima  
vzq; ad octa. Pascha, Et à Omnia prima Inue-  
tus ad Circumcisionem vsq; (si Omnia tñ fuerit)  
inclusiue, In Dominicis ante Ascensionem, et  
in illis in quibus Historiam et officia Omnia  
per solui necesse est. Item in Vigilia Natiui-  
tatis

94  
Fatis Domini, Assumptionis & Natiuitatis  
B. Mariae, & Sanctorum. & in Octauis eorum  
in dominica occurrentibus. Item in dieb. Sermo-  
num, Si in eis festum v. lect. vniq. missa exere-  
rit: In his itaq. dieb. tres missae in Conuentu  
celebrabuntur, quarum secunda sit pro ipso  
sollemniter cum duab. collectis supradictis, nihilominus  
ad priorem, Collecta: Inclina, pro ipso  
penultimo loco dicatur.

Dieb. festis v. lect. vniq. missa, in quibus p.  
midam de festo nulla alia dicenda est in Conuentu.  
Si praesens defunctus affuerit dua missa fiant in  
Conuentu, quarum prima sit de festo sollemniter  
cum Collectis ordinarijs, ad quam tamen Inclina  
penultimo loco pro ipso interponatur, qua fini-  
ta immediatè celebretur pro defuncto ab Abbate  
cum duabus sepe dictis collectis.

Diebus autem priuatis missa celebretur pro  
defuncto ab Abbate cum 4 Collectis nempe 1.  
Inclina, 2 Deus à quo, 3 Ecclesia & Omnipotens  
semp. Deus qui viuorum. Tempore Tricenarij  
Deus Venia & loco interponatur.

Quod si festum Commemorationis habens missa  
notatam in gradualibus affuerit, de eo priuatim  
agatur.

Si ta

95.

Si tamen tale fuerit, ut nec possit nec debeat  
 commendari aut differri, tunc dua missa  
 fiant in Conventu. et in dieb. supradictis, et  
 Sexta die a Natali Dni, et in quinq; praecipue  
 is anniuersarijs faciendum est, In quib. scilicet  
 dua missa immediata cantanda sunt in Conventu,  
 quaru prima sit de tempore ad quam, Inclina,  
 perult. loco pro defuncto dicat. Secunda autem  
 pro eo ab Abbate fiat cu duab. supradictis collectis;  
 Inclina et Ofs Tempiternae Dni q; uiuorum.

In Natiuitate Domini, Pascha et Pentecostes  
 nulla cantabitur missa p; presenti defuncto, qui  
 priuatim celebrabunt Collectam assumunt pro  
 ipso. Missa pro eodem in crastino vel alio die  
 commodiore in Conventu cantetur sed non ab  
 Abbate, quo etiam die celebrare teneantur oes  
 qui ad missas inscripti non fuerint, ac si tunc  
 primum fuisset sepultura traditus, alij Col-  
 lectam assumunt.

In Coena domini Parasceue et Sabbatho Sacto  
 siue priuatim siue in Conventu nulla missa fiat,  
 sed Collecta: Inclina, pro defuncto in Coena et S.  
 Sabbatho ad missam dicatur, Missa feria se-  
 cunda Pascha fiat.

De Anniuers.

## De Anniversariis mensis

**I**n omnibus Monasterijs Ordinis pro quo-  
libet mense fiat Anniversarium, eo die,  
quo in domo sua quilibet Abbas illud ordina-  
uerit faciendum. Sedendo semper fieri de-  
bent exceptis quinque precipuis: Qui ad missas  
inscripti non fuerint (si eo die potuerint) de  
eo celebrare teneantur. Ad hanc missam hoc  
ordine Collecta dicantur: Præsta dñe p̄  
z Fidelium, z Deus à quo. 4 Ecclesia z v̄s  
semperne Dñs qui viuorū. Quodsi instante  
missa mortuus affuerit, Inclina z loca dicat̄.  
Si tempore Tricenarij fieri contigerit (quod tñ  
omnino caueat̄) Deus uenia z loco ponatur.

### De missa Cōnuētuali p̄ defunctis.

**M**issa pro defunctis semel in Sebdomada  
prima vacante feria in Cōuentu cantet̄  
ad quam ha Collecta dicantur: Prima sit:  
Omnipotens sempit. Deus cui nunquam,  
z Deus à quo. 3 Ecclesia 4 v̄s semp̄ Dñs qui  
uiuorū. Tempore Tricenarij Dñs uenia pro  
ponatur omnib. supradictis. Si Monachus in-  
stante missa obierit; pro ipso. Inclina pro po-  
natur: Si fuerit secularis, z loco eadē Coll. dicatur.

De missi

97.

103

**De missa quotidiana pro de-**  
**functis.**

**P**ro Fratribus, Sororibus, Familia-  
ribus et Benefactoribus S. Ordinis nostri  
defunctis, dicatur quotidie missa in Ecclesijs  
nostris. Ad quam prima Collecta sit: Inclina,  
et Deus cui proprium, vel tempore Tricenarij  
Dei uenia, et Omnes cui nunquam, et  
Omnes qui uiuorum. Intermittitur autem  
hac missa in festiuitatibus Natalis Domini,  
Pasche, Pentecostes, et omnibus Dominicis,  
atque festis Sermouum, Apostolorum, Euan-  
gelistarum, Ita tamen ut diuis missa hebdo-  
madarius cantet ad idem altare, ubi hac missa  
dici consuevit, et post primam Collectam assu-  
mat saltem unam ex supradictis Collectis,  
Si presens defunctus prefatis diebus affue-  
rit: dimissa missa de festo agat pro ipso.  
Alijs diebus Omnipotens cui nunquam pro ipso  
dicatur et loco. Per triginta dies. Deus cui  
proprium ibidem pro ipso dicatur.

## De Commemoratione B. Vir- ginis Mariæ

**C**ommemoratio B. Mariæ quotidie  
ad laudes, vesperas & Missam extra Ital-  
iam versis vultibus ad altare debita cum  
reuerentia fiat.

Intermittitur tamen diebus sequentibus:  
A laudibus vigilia Natiuitatis Domini,  
vsq; ad laudes in crastino Epiphania

A laudibus diei Cæna Domini, vsq; ad  
Laudes ferie & post Pascha.

A missa vigilia Pentecostes vsq; ad Lau-  
des ferie quinte sequentis.

A vespere Ascensionis, Ven. Sacramti, Om-  
nium Sanctor. Purificationis, Annuntiati-  
onis, Presentationis & Conceptionis eisdem  
Virginis, vsq; ad laudes sequentis diei.

A vespere visitationis, Assumptionis &  
Natiuitatis eiusdem B. Virg. vsq; in crasti-  
num Octavarum, demptis festis v. lectioni.

Commemorationes Sanctorum Malachie,  
Benedicti, Bernardi intermittuntur, quoti-  
dianis

99.

escung; nulla fit de B. Virgine, lib. diff.  
Distinctione 5.

Quando Commemoratio B. Mariae Virginis  
fit ad Laudes, eadem die et ad missam in con-  
uentu Collecta, debet dici de praeis vigilijs  
Pentecostes, Assumptionis, Omnium Sanctorum,  
et Officijs defunctorum.

### De missa sabbatina B. Virg:

In omnibus Sabbatis vacantibus in quibus  
festum xii lect. non occurrit Missa de B. V.  
solemniter dicatur et sine flexione genuum,  
Et notandum quod haec missa beatae Mariae  
non intermittitur pro missa alicuius sancti com-  
memorationis missam habentis, sed talis missa  
de Sancto iniungi debet a cantore et pri-  
uatim legatur. Omittitur autem missa B.  
Mariae quando solennes vigiliae Sanctorum  
Sabbatinis diebus euenerint. Et in Sabba-  
to infra octauas Apparitionis, Ascensionis  
Domini et ven. Sacramenti, atque in octauis  
Sanctorum et in consuetis officijs defunctorum  
quae suas missas habere debent ex ordine.  
Si autem festum alicuius sancti quod habet  
in ordine duas missas Sabbato euenerit:

etiam

etiam proprium officium habeat pro missa  
matutinali. Ipsa tamen matutinalis sit de B.  
Virgine solennit. Exceptis utraq; festiuitate  
S. Crucis, et festis quib. Sermo habetur  
in Capitulo; et nisi presens defunctus affue-  
rit. In Quadragesima etiam dieb. Sabbathi-  
nis missa de B. V. solennit canitur post  
missam de ieiunio. Priuata autem missa  
non dicantur nisi post offertorium Missa  
B. Virginis Mariae.

### De missa quotidiana B. Virg:

**S**ingulis diebus in Ecclesijs ordinis nostri  
Missa de B. V. Maria priuatim dicatur,  
Intermittitur in dieb. Natiuitatis Domini,  
Pasche et Pentecostes in quib. missa assuma-  
tur de festo cum Coll. de B. V. 2 loco. Eadem  
autem missa cum Prefatione, qua dicitur  
in Conuentu, et priuatis dieb. dicitur.

Quoties autem dicitur missa B. V. in Conuen-  
tu siue priuatim, semper dicatur extra Sep-  
tuagesimam et Aduentum: Gloria in  
excelsis Seco s.

## De Coll' eiusdē Virg. ad missā.

**C**ollecta de S. Maria Virgine quotidie ad missam debet dici in conuentu exceptis missis defunctorum, et illis diebus in quib. Commemoratio S. Mariae V. non fit in laudib. qua tamen Collecta non dicitur in vigilijs Pentecostes, Assumptionis Mariae et Omnium Sctorū, licet iisdem diebus Commemoratio eiq. in laudibus dicatur.

## Quando intermittantur Collecta visitata.

**I**n vigilia Natiuitatis Domini et deinceps usq. ad Circumcisionem eiusdem, In Caelo Domini et deinceps usq. ad Octauas pasche. In vigilia Pentecostes et deinceps usq. ad Octauas eiusdem Omnibus diebus Dominicis et omnibus festiuitatib. v. lect. etiamsi duo missae dicantur in conuentu, ad vtramq. missam, omittenda sunt visitata Collecta. In Sabbatis quatuor temporum et omnib. praecipuis officijs defunctorū: In missis de Spiritu Sancto, De S. Virgine. De S. P. nostro Bernardo. Visitata autem Collecta sunt: Concede qua sumus opus Deus et intercessi etc. Et Omnis sempit. Deus qui uiuorum Dominus etc.

Et nota quod predicta Collecta. Concede quæsumus, intermitterit in Vigilia Omnium Sanctorum

### Quando Coll' Ecclesie intermittat.

**I**ta Collecta Ecclesie tuæ Intermitterit his dieb. videlicet in Vigilia Natiuitatis Domini. In Cena Dni In Vigilia Pasche et Pentecostes, In Exaltatione S. Crucis. In Sabbatis quatuor temporum et in quinq; precipuis officijs defunctorum. Sed notandum quod quando dua missa canunt ad priorem missam Collecta Ecclesie dicatur: nisi missa matutinalis fuerit pro prefexti defuncto, tunc ad maiorem missam cum alijs dicatur.

### De antiphonis quæ stando canuntur.

**S**tare solemus paululum semotj a stalis nostris dum sequentes dicuntur Antiph: In primis uesperis ad eas quæ dicuntur super psalmos et utrumq; Magnificat et Benedictus, Natiuitatis Domini, Epiphania, Pasche, Ascensionis, Pentecostes, Ven: Sacramenti, Omnium Sanctorum et Omnium festiu.

festiuitatum Deiparae Virginis Mariae.

In Antiphonis quae per octauas Natiuitatis Domini et Solemnitatum S. Mariae ad Benedictus et Magnificat, vel pro Commemoratione sumuntur, ac in die Circumcisionis, et ad Epiphaniam usque ad Benedictus et Magnificat, sicut et in illis quae pro Commemoratione quotidiana eiusdem Virginis dicuntur, Et ad Antiph. O Sapientia cum sequentibus, nec non in Vigilia Natalis Domini ad Antiph. ad Benedictus: Orietur. Praeterea quae ad Benedictus et Magnificat in Cena Domini Parasceue et Sabbato S. Sabentur, Item ad Alleluia: Veni S. Spūs. Post partum, dum dicitur: Dei genitrix. Et ad hos versus Tractuum: Adiuua nos. Deus salutaris noster. Et: Dei genitrix.

### Collectae ad quas incuruamur.

Ad has Collectas incuruamur paululum semper a Passis: In Vigilia Natalis In missam et vesp. et si Dominica fuerit, ad laudes, Ipso die Natiuitatis, per octauas quotiescunq; dicitur Collecta: Concede quaesumus.

In Circa.

In Circumcisione & deinceps quoties dicitur  
Collecta: Deus qui salutis, & Corda nostra.  
In Vigilia & die Epiphania, Ascensionis,  
Ven. Sacramentj, & Omnium Sanctorum.

In Vigilia Pascha dum dicitur: Deus qui  
Sanctiss. noctem. Ipso die usq; ad fe-  
riam & ad Coll. Deus qui hodierna.

In Vigilia Pentecostes & in die usq; ad fe-  
riam & ad Collecta, Præsta q̄s, Et Deo q̄ p̄dica.

In festiuitatibus S. Mariae & per octa-  
uas ac in Commemoratione quotidiana e-  
iusdem Virginis.

## De Gloria in excelsis & Ite Missa est.


**G**loria in excelsis & Ite missa est di-  
cuntur in Vigilia Pascha & Pentecostes &  
in omnibus Dominicis & festis xii. lect. extra  
Aduentum & Septuagesimam ad quascunq; mis-  
sas, præter missas defunctorum, Item per  
Octauas Natalis Domini, Epiphania, Pascha,  
Pentecostes, Ven. Sacramentj, Visitationis,  
Assumptionis & Natiuitatis B. V. Mariae,  
quando missa de ipsis festis celebrantur, In  
missis etiam rotinis S. Spiritus, Sacramentj  
altaris

Altaris, S. Mariae & S. Bernardi, excepta  
Vigilia Assumptionis, in ea n. non dicitur  
nisi sit Dominica.


## De Credo.


In diebus Natiuitatis, Circumcisionis,  
Apparitionis, Pasche, Ascensionis, Pente-  
costes, Ven. Sacramenti, & omnib. Dominicis  
ad quascunq; missas, præter missas defuncto-  
rum, Credo dicitur. In Solemnitatibus  
autem S. V. Mariae, Omnium Sanctorum  
Et dedicationis Ecclesie, Sanctorum Patrum  
Benedicti, Bernardi & alijs festiuitatibus  
in quibus Sermo habetur in Capitulo,  
In festis S. Apostolorum & Euangelistarum,  
S. Crucis, S. Spineæ Coronæ Domini ad mis-  
sas de ysdem festis tantum.

LAUDES-  
UND STADT-  
BIBLIOTHEK  
DÜSELDORF





108
















III



IV



# TIFFEN® Gray Scale

© The Tiffen Company, 2007

- A 1  R
- 2  G
- 3  B
- 4
- 5
- 6
- 7
- 8  W
- 9  G
- 10  K
- 11
- 12
- 13
- 14  C
- 15  Y
- 16  M
- 17
- 18
- 19



# TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
			